Fragmenta niktore wtorey expeditiey Pruskiey JKMci Zygmunta Trzeciego do Prus przeciw Gustawowi

Anno 1628

Wewtorek to iest 19a Junii. Przyiechał KJMć z Uiazdowa do Miasta, słuchał Mszey y
kazania w Kosciele Collegiackim Farnym S. Jana, potym według zwyczaiu consecrowano po
Mszey Chorągiew Koronną, ktorą Krol JeoMć z rąk JMX Legata Papieskiego brał
u Ołtarza klęcząc. Tegoż dnia JMP Grzibowski Starosta Warszawski prezentował KJMci
Chorągiew Usarską koni 60 kosztem swoim sporządzoną. Po obiedzie o szostey godzinie
wyiechał KJMć wdrogę z zwyczaynemi tylko swemi Rajtarami koni zbroynych 200
Tegoż dnia wieczornego Maszyckiego, ktory był Baudisa w Warszawie w więzieniu ze-
brawszy, a Pułkownika Szwedzkiego poimanego wykradł z Warszawy na gardło osądzo-
nego z łaski JKMci na przyczynę wielu a mianowicie Krolowey JeyMci, y że katolikiem
obiecał zostać od smierci uwolniono certis conditionibus tj. aby na Ukrainę swoim nem-
ptem 50 konnych stanowszy do Obozu Quarcianego, Rzeczyposl[itey] służył y odwagi czynił, pod
zakładem swoich y caukcyą pennych osob. Trembacz Oxenstern[ó]w do Baudisa
posłany został, także zatrzymany w Warszawie, w listach od niego przymowanych do Bau-
disa nic niemasz, oprocz że animuie Baudisa y drugich, aby w więzieniu nie teskniłi
ponieważ iest penna nadzieia, że tego rychło pokoy stanie. Tegoż dnia wiadomość
przyszła o Gustawie że się pod Grudziądz przybliżył, y zamyśla Tornim y na starym obo-
zie nad Rzeką Ossą ku wsi Kłodzce położył się, chcąc niebawnie szczęścia do Gru-
dziądza, ale potym zmyslonym JMP Hetmana przysciem deterritus niesprobowawszy ni-
czego zadney poszedł nazad ku Malborkowi

We Srode List od ~~[illegible]~~ Szwedzkim idiomatem pisany do ~~[illegible] Hetmana~~ Oxenstierna Kan-
~~[illegible]~~ clerza imieniem Gustawa intercyowany przysłał JMP Hetman KJMci Dlatego, że
tłumacza przy sobie szwedzkiego niema, aby go kazał przetłumaczyć, w którym iest upomi-
nanie aby był ostrożny. JMP Hetman natenczas dla małości woyska oboz pod Chełmnem
a potym pod Robakowem daleko od nieprzyiaciela wszystko kupi szesc mil za Toruniem
mało iuz Chorągwi ma przy sobie

Lrae interceptae ad Oxensternium Cancellarium Sueticum a Doctore Salvio Suetico idiomate scriptae

Ex Mandato Reg. Mtis, Sac. a me Magcæ Dni Vræ significanda habeo. Nos 1a huius
Mensis sub Brodnicam venisse, statimq. cepisse obsidionem, ita ut iam pontem super
Drwancam fluvium habeamus et Civitatem Munitionibus cinxerimus, speramusq.
ut eam bene cessurum dummodo panem pro singulis haberemus. Cæterum quoniam
nos multi sumus, Hostis vero non solum ex Culmen[si] sed ex altera parte trans Drwen-
cam Michalowien[si] et Dobrinen[si] tractu, viuens, non solum homines verum et pecudes,
abegit, sperare de felici successu nobis adhuc non est securum, præsertim cum miles
partim invaletudine, partim fame, partim aliis modis, non mediocriter decedat.
Præterea Mandavit Sac. Reg. Mtas, ut Magca D. Vra his exceptis, statim ad nos
expediat 5000 Sclopettariis, 2000 Dragonum item omnes Equites Baudissii, Rein-
grafii, Finnonesq. qui ibi sunt, atq. adeo universos Equites alios qui illic reperiri
possunt, et iter facere, ii q. recta se huc ad castra conferant, cum omni pane quem

Magcæ D. V.

Magca D. Vra poterit committere eos Oppelnio deducendos, aut si iam aduenere Reingraffius
et Baudiss, ipsi eos huc conducere poterunt. Panem iubebit, non solum accipi ex Mar-
iaburgo, et Elbingen Ciuitate, quantum celerrimè conquiri poterit, et precipuè ex Duca-
tu, qua transibunt, quantum rapere et corrasare poterunt. Et si tanta copia panis
in promptu non fuerit, farina et pisa eius loco accipiantur, idque agatur, vt quam pri-
mum hic sint, ferantque secum ad victum notabile subsidium, quia licet aliquid
pecudum acquiramus, nihil tamen neque panis neque cereuisiæ in circuitu acquirere
possumus.

Deinde quia magna penuria laboramus funium sulphuratorum, non solum ut prouidea-
mus locis occupandis sed etiam ad iter, ideo vult Reg. Mttas, ut Magca D.V. pariter
huc mittat 200 aut 300 pondo centenaria funium dictorum, item duas lastas pul-
veris et globos sufficientes si possibile fuerit tot currus acquirere.

Quia vero hostis circa iacet, et in circuitu magnopere nos infestat, ideo iubebit eos secum
et expeditum iter arripere per Ducatum versus Osterrodam, et si arte astuque Ciuita-
te potiri poterunt 160 militum præsidio eam firment, indeque penes Nouum forum
pergant, aut ubi intellexerint nos constitutos esse.

Et quoniam pars maxima pecudum Culmen in Ducatum abacta est, ideo dum penes
Osterrodam fuerint, cogent mille aut duo millia secum pecudum ad Castra adducent
et seuerissime indicent omnibus circumiacentibus Ciuitatibus et Præfecturis, ut sub
pœna capitis, omne possibile subsidium et commeatum panis, farinæ, et pisorum
ad Castra ad Neophorum deuehant.

Quod ad Castra et loca illic inferius attinet, quandoquidem miles Kagirianus,
et alii illic adsunt, ii sufficient. Et quoniam Regni et Exercitus salus, ex eorum
locorum salute pendet, ita confidit Reg. Mttas Mag. D.V. interea temporis, sic curam
illorum acturam prout Deum et Reg. Mttem amat. Ante omnia vt Gersardus de
commeatu illis prouideat, ne ob penuriam commeatus aut inualetudines, vel alias
causas, imminutio militum fiat, cum ea scit, sic futura sit, neque nos postea sciemus,
facile, unde talem Exercitum expleamus. Hæc ex Mandato Reg. Mttis ex Castris
ad Brodnicam scripsi d. 30 Septembris 1628

D. Salvius

Lra Gustavi ad Betslem Gaborem 14 Augusti 1627

Gustavus Adolphus Dei gra Suecorum Gothorum et Vandalorum
Rex, Magnus Princeps Finlandiæ, Dux Estoniæ et Careliæ
necnon Ingriæ Dominus Sermo Principi Dno Gabrieli Betlem
Dei gra S. R. Imperii et Transyluaniæ Principi, partium Regni
Hungariæ Domino Siculorum Comiti ac Oppoliæ et Ratiboriæ Duci.

Serme Princeps, affinis consanguinee et amice nr charme. Multis nominibus gratissimæ
nobis fuere Dil. vræ lræ. Præterquam enim quod expressissimam candidæ voluntatis
erga nos suæ testimonia luculenter ostenderent, etiam exquisitæ prudentiæ documenta,
et antiquæ cuiusdam virtutis decus, spirare nobis videbantur. Atque utinam esset ea
omnium Evangelicorum inter se Principum animi coniunctio, quam a Dil. V. nobis obla-
tam reciproci affectus gratitudine agnoscimus, eoque vel impendentis periculi apprehen-
sio, vel eiusdem cupido depellendi, quam in Dil. Vra cum gaudio experimur, nulli dubita-
mus, quin breui deplorata salutis publicæ conditio, pristini status vigori restitueretur.